

[hunc] corpus deducta in hunc commentarium contuli, quem pro formula administrationis <respicere possem>.

in aliis autem libris, quos post experimenta et usum conposui, succedentium res acta est; huius commentarii pertinebit fortassis et ad successorem utilitas, 5 sed cum inter initia administrationis meae scriptus sit, in primis ad meam institutionem regulamque proficiet. 3 ac ne quid ad totius rei pertinens notitiam praetermississe videar, nomina primum aquarum, quae in urbem Romam influunt, ponam; tum per quos quaeque earum 10 et quibus consulibus, quoto post urbem conditam anno perducta sit; dein quibus ex locis et a quoto † cepisse \* \* \* at, quantum subterraneo rivo, quantum substructione, quantum opere arcuato; post altitudinem cuiusque modulorumque \* \* \* erogationes ab illis factae sint, 15 quantum extra urbem, quantum <intra> urbem unicuique regioni pro suo modo unaquaeque aquarum serviat; quot castella publica [privataque] sint, et ex is quantum publicis operibus, quantum muneribus — ita enim cultiores\* adpellantur — quantum lacibus, quantum nomine 20 [Iulii] Caesaris, quantum privatorum usi<bus> beneficio principis detur; quod ius <ducendarum> tuendarumque sit earum, quae id sanciant poenae lege, senatus consulto et mandatis principum inrogatae.

---

1 ex ditt. C    2 post administrationis 20 fere litterarum spatium reliquit prior manus. respicere possem cum insequenti lineola suppl. posterior manus    5 = fortassis = ptinebit cum transponendi signis C    12 sint C    miliario add. Joe    cepisse. | at sine lacuna C (coepisset Pol prob. Buech; fort. a quoto <miliario initium> capessat. deinde quot passus ductus cuiusque efficiat supplendum esse vidit Buech)    13 substructionē C  
 15 rationes; denique quae addi iussit Buech praeunte Schultzio ab illis] habiles C    16 intra add. Pol    18 privataque del. Schul    19 minorib; C    20 lacus add. Lanc p. 581 (an salientes?)    21 iulii cesaris C    usibus Heinr usi C    22 ducendarum add. Schul    23 poenae lege Buech pena elige C    24 irogate. |  
 Explicit plogus C